ualo tamen modo agnoscere emptorem et venditorem sui; Denique nè sequatur aliqua effusio sanguinis, cogitur Vkraina petere ac insistere pro restitutione eorum, quæ ipsi debentur; Ille vero qui nihil accepit restituere non tenetur. Non latet VV. DD. Plenipotentiarios Magnitudinis Cæsareæ, quando Kiovia Dominio magni subdebatur Ducis, tunc Ecclesiæ Romanæ ac bona ipsarum funditus deleta fuere; Casu quo restitueretur Regi Poloniæ Kiovia, cogemur certò, ut Ecclesiæ nræ Orthodoxæ resarciant hæc damna. Hoc autem mature præcauendum nobis est; Quod tamen terminandum meliori VV. DD. tanquam Commissariorum magni Ducis Moschoviæ iudicio relinquimus, et Iterato agimus grates, quod allaboretis pro pace nostra firmanda, sed etiam deprecamur uos humiliter, ut non parcatis labori uestro anxio et charitatiuo; Properatis quamprimum Commissarij Kiovienses adesse, ac ibidem in Loco Sacro, ubi Sanctorum incorrupta corpora iacent et Orationibus eorum fulcimur omnes, sapienti consilio et voto diiudicare res nostras querum secundum Deum instituere Judicium, et Nos necdum satisfactos in omnibus plenè pacificare, vel potius non tam Nobis quam toti Christianitati hoc præstare beneficium. Hoc etiam Vobis notum sit, quod Exercitus Monarchæ Moscoviæ, vna cum Romanadouschi Exercitus nros Zaporoviensis persequantur, igne et ferro Ciuitates, fortalitia devastent, quos aggredi Legionibus Poltaviensis iussimus, cunctosque adducere. Quod succedet Nos nescimus, sed illos, qui Causam dedere. Sed et hac hoc Nos magni Legati Plenipotentiarij in aduentu Kioviam confectis